

740 *Greatchesters*, nuper rep. right in front of the station, in a stone wall of a field, rupta in particulias permultas, quas composuit BRUCE.

D M S
N I E T I
E A F -
VX · A XXXX
5 VN · CASITTO
E K C C
P J

Bruce misit a se descriptam; supplevi ego, nomina v. 2, 3 et 5 incerta esse non ignorans.

D(is) M(anibus) s(acrum). Au[r]e[l]e Af[re]v[i]x(it) a(nnis) XXXX [A]ur(elius aut U[l]p(ius) Casitto o(centurio) l[e]g(ioni) [VI vi]c(tricis) p(iae) f(idelis)

741 Fragmentum, at the house at Greatchesters. Periit.

ORD
REGN

Horsley p. 229 *Northumb.* 62 (inde Warburton vallum p. 73, 62; Goughs Camden 3 p. 503 tab. 29 fig. 12; Hodgson 2, 3 p. 204; Bruce lapid. n. 283).

Cf. *provincia regente* supra n. 732. V. 2 Gordiani nomen aliqua ratione indicari suspicatus est Horsleius; potest etiam cogitari de ordine sive ordinato, v. supra n. 365. 404. 421.

743 Rep. una cum n. 739 HORSL. Near a mile on the south of the station [of Greatchesters], at Walltown Mill, in the immediate vicinity of the graveyard of the station HUTCH. Servatur in Newcastle in museo; est cippus altus ped. 5, latus ped. 2 dig. 2, rufus admodum; litterae evanidae sunt.

puella
stans
D I S M
PERVICAE FILIAE

Contuli. Horsley p. 230 *Northumb.* 64γ (inde Warburton vallum p. 74, 64, 4; Goughs Camden 3 p. 503 tab. 30 fig. 2; Hodgson 2, 3 p. 204); Hutchinson *Northumberland* 1 p. 47; Pennant *Tour in Scotland* 1772 append. p. 62 (inde Goughs Camden 4 p. 62; Stuart *Caledonia* p. 129); Bruce *Archaeol. Ael.* 1, 1857 p. 253, *catal.* p. 33, 109, *wall* p. 234, lapid. n. 276.

Hutch. ita exhibet: DMC IVL | IERVIA P III A F, male. Evidem Horsleii lectionem planam in lapide mihi visus sum vidisse, praeterquam quod v. 2 pro *Pervicæ* (quod pro *Pervincae* positum est) fortasse scriptum tantum esse putavi *PERVICE*, et quod F litteram, quam ille habet in fine, plane E esse vidi. Eandemque fere lectionem Bruce in catalogo exhibet; sed nuper lapide denuo diligenter inspecto et delineato protulit alteram hanc

ID M SALVTE
PERVICAE FILIAE
S T T I

Hastem ante D primam fortuitam esse ait; versus tertii lineas non explicat neque sunt in regione illa communes formulae velut s(it) t(ibi) t(erra) l(evis). Ex hac lectione McCaul coniecit titulum omnino non esse sepulcrale, sed Magnae deorum matri sacrum. Quod forma eius et anaglyphum redargunt. Possunt quidem praeter D M formulam solitam utrimque fortasse addita fuisse pro salute vocabula, ita PRO D M SALVTE; sed tamen in Horsleii lectione puto standum esse.

LI. MAGNAE, STATIO PER LINEAM VALLI VNDECIMA (Carvoran).

Accedunt Blenkinsop castle, Foulton, Glenwhelt, Greenhead, Thirlwall castle, Walltown.

Notitia (p. 114* 13) in ea statione, quae Aesicam sequitur, tribunum cohortis secundae Dalmatarum collocat, nomenque stationis ita exhibit (secundum libros scriptos optimos) *Magnis*. Idem Magnarum nomen mansioni alicui erat itineris Isca legione secunda (cap. XIII; cf. supra p. 43) Viroconium (cap. XVI), quam putant fuisse prope Kenchester hodiernam (itin. p. 484, 7; Raven. 5, 31 p. 427, 7). Tamen dubitari licet utrum illud recte traditum sit necone, quanquam etiam Ravennas (5, 31 p. 431, 9) inter *Lagubalium* (i. e. Luguvallium, *Carlisle*, infra cap. LV) et *Gabaglanda* (i. e. Amboglanna, infra cap. LII) habeat *Magnis* mansionem. Ex comparatis enim inter se Ravennatis (5, 31 p. 432, 20 ss.) et paternae Rudgensis itinerariis, ut supra docui in praefatione ad vallum Hadriani (p. 104), efficitur duas in illis regionibus fuisse mansiones *Magnas* et *Maias* (aut *Magas*) dictas; cum illam autem certum sit fuisse inter stationes per lineam valli, hanc vero quaerendam esse a vallo versus meridiem, in Magnarum nomine conquiesendum est. Certe Magnarum forma plurativa sola tradita est, Magnae singularis, quae inter Britannos fere obtinet, nusquam. Situm autem Magnarum convenire cum vestigiis castrorum diu iam notis (Lelandus enim iam mentionem eorum fecit

'the great Ruines of the Castel of Cairvorein, the which be nere Thyrlewal' itin. 7, 1 p. 61 ed. Hearne) et satis conspicuis, quae Caervorran (vel hodie Carvoran) dicuntur (cf. Horsley p. 151; Hodgson 2, 3 p. 136; Bruce wall p. 241; Maclachlan *memoir* p. 48), uno sed idoneo testimonio probatur, scilicet titulo n. 760, qui eandem cohortem II Delmatarum Magnis iam saeculo fere secundo in castris fuisse indicat, quam notitia ibi collocat saeculo quinto. Praeterea vero ibi plus semel memoratur cohors I Hamiorum sagittariorum (n. 748. 758. 759? 769? 773. 774), aliunde non nota (cf. infra vallum Pii), quam una cum dea Hammia, ut videtur, aut Hamiorum (n. 750) antiquarii Britanni (veluti Ioh. Hodgson *hist. of Northumb.* 2, 3 p. 205) rettulerunt ad urbis Apameae nomen Syriacum, quod *Hama* esse dicitur deamque illam ignotam non diversam esse existimaverunt a dea Syria ibi quoque culta (n. 758. 759). Quod utrum recte fecerint necone equidem non definio; sagittarii sane non sine probabilitate quaeruntur inter Asiae Africæ populos. Non desunt tituli centurionum militumve legionum trium Britannicarum (n. 749. 793. 794) itemque cohortium centuriarumque soliti (n. 777—792), quorum nonnulli mensuras operis (n. 782. 783) atque fortasse ipsum opus (n. 784) indicant. Singu-